Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



140

Et factum est ut discesserunt ab eis angeli in cęlum. Pastores loquebantur ad inuicē. Transeamus usq; bethleem. & uideamus hoc uerbum quod factum est. quod dñs ostendit nobis. Et uenerunt festinantes. & inuenerunt mariam & ioseph. & infantem positum in presepio. Videntes autem. cognouerunt de uerbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt. & de his quę dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia uerba hęc. conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores. glorificantes & laudantes dm. in omnibus quę audierant & uiderant. sicut dictum est ad illos.